

Jus Canonicum Practice Explicatum, Seu Decisiones Casuum

Ad Singulos Decretalium Gregorii Papæ IX. Titulos, & ad consuetum
Referendi modum accommodatæ. Opus Novum

Complectens alteram Decretalium medietatem, videlicet nonaginta duos
Titulos, à Titulo XX. libri III. de Feudis usque ad finem

Pichler, Vitus

Ingolstadii, 1734

Quæstio V. An Henricus, si in nova supplica non debitè exposuisset
modum , quo dimisit antiquum Beneficium, & novum obtinuit, licitè
retineat novum?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62204](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-62204)

tere, si forte in censuras reincidisset, parochiam verò retinere. Accedit, quod Episcopus etiam pro foro extero cum eo, qui obtentum per Simoniam beneficium sponte dimisit

ante sententiam Judicis condemnatoriam (ut fecit Henricus) dispensare valeat. *per can. 1. caus. 1. p. 5. & ego tradidi in dicto Candidato b. t. n. 67.*

QUÆSTIO V.

An Henricus, si in nova Supplica, per quam Rome obtinuit habilitatem ad aliud Beneficium, non debite exposuisset modum dimissionis antiqui, & provisionis de moderno Beneficio, sit securus in conscientia istud retinend?

¹¹ **R**esponeo, securum esse, imò nec obligatum fuisse rehabilitatem ad alia beneficia, ab illo distineta, quod Simoniacè impetravit, petere. Ratio, quia inhabilitas Simoniaci ad alia beneficia non est statuta à Jure Communi, sed solum à S. Pio V. in Bulla cùm primum 5. quæ teste Na var. b. t. Confil. 92. Palao de Simonia pu. 25. n. 7. Pirthing. ad b. t. n. 170. & aliis patrum, quoad hoc vel usu non est recepta, vel saltem non obligare incipit ante omnem Judicis sententiam, vel condemnatoriam

vel declaratoriam; adeoque, cum res ad forum externum & contentiosum non videatur esse deducta, consequenter nulla sententia ferri possit à Judge, securus erit Henricus. Dein nec fuit necessarium in supplica exprimere modum dimittendi primam parochiam & obtinendi secundam, quo usus est Henricus, quia nullum vitium irrepit, ne caliquid actum contra SS. Canones, vel missionem S. Pœnitentiarie, ut ad quæstionem 2. dictum & dictum est.

QUÆSTIO VI.

An casu, quo res fieret notoria, & ad forum externum duceretur, pro hoc foro profit Henrico absolutio prius pro foro interno obtenta?

¹² **Q**uamvis Laymanus l. 1. Theol. Mor. tr. 5. p. 1. c. 7. n. 7. Pigna-

telli to. 2. consult. 59. n. 62. La Croix l. 7. de cens. n. 162. Reiffenstuel l. 5. tit.